e-codices

MODI FORMULAE SECUNDE SUNT QUATTUOR

primus modus eſt qui conducit ex uniuerſalibus dedicatiua abdicatiuum uniuerſale directum uelud omne iuſtum honeſtum nullum turpe honeſtum nullum igitur iuſtum turpe.

ſecundus modus eſt qui conducit ex uniuerſalibus abdicatiua & dedicatiua abdicatiuum uniuerſale directum uelut nullum turpe honeſtum omne iuſtum honeſtum nullum igitur turpe iuſtum

tertius modus eſt qui conducit ex particulari dedicatiua & uniuerſali abdicatiua abdicatiuum particulare directum uelud quidam iuſtum honeſtum nullum turpe honeſtum quoddam igitur iuſtum non eſt turpe

quartus modus eſt qui conducit ex particulari abdicatiua & uniuerſali dedicatiua abdicatiuum particulare directum ut quoddam iuſtum non eſt turpe omne malum turpe quoddam igitur iuſtum non eſt malum.

MODI FORMULAE TERTIAE SUNT SEX

primus modus eſt qui conducit ex dedicatiuis uniuerſalibus dedicatiuum particulare tam directum quam reflexum ut omne iuſtum bonum quoddam igitur honeſtum bonum uel quoddam bonum honeſtum,

ſecundus modus eſt qui conducit ex dedicatiuis particulari & uniuerſali dedicatiuum particulare directum ut quoddam iuſtum honeſtum omne iuſtum bonum quoddam igitur honeſtum bonum.

tertius modus eſt qui conducit ex dedicatiuis uniuerſali & particulari dedicatiuum particulare directum ut omne iuſtum honeſtum quoddam iuſtum bonum quoddam igitur honeſtum bonum

quartus modus eſt qui conducit ex uniuerſalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuam particulare directum ut omne iuſtum honeſtum nullum iuſtum malum quoddam igitur honeſtum non eſt malum

quintus modus eſt qui conducit ex dedicatiua particulari & abdicatiua uniuerſali abdicatiuum particulare directum ut quoddam iuſtum honeſtum quod igitur iuſtum non eſt malum

ſextus igitur modus eſt qui conducit ex dedicatiua uniuerſali & abdicatiua particulari abdicatiuum particulare directum ut omne iuſtum honeſtum quoddam iuſtum non eſt malum quoddam igitur honeſtum non eſt malum

Has formulas categoricorum ſyllogiſmorum qui plene noſſe deſiderat librum legat qui ſcribitur periermenias apulei & quae ſubtilius tracta cognoſcit nec faſtidium nobis repetita congeminent

License: PUBLIC_DOMAIN – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 212, f. 21r – Composite manuscript: artes et carmina (http://www.e-codices.ch/fr/bbb/0212/21r)